

DE PRIMITIVA ECCLESIA ET SYNODO NICENA

74ra

1. Nemo, qui scripturas divinas legit, ignorat, *quod in principio nascentis ecclesiae* discipulis in unum congregatis cum *multitudine credentium*, in quibus *erat cor unum et anima una*, quique *vendentes* predia et possessiones suas *afferebant* et *dividebantur* singulis, *prout cuique opus erat*. Futuram namque ecclesiam in gentibus apostoli praevidebant, maximeque quia Dominus illis praedixerat: “*Euntes in mundum universum praedicantes evangelium*,” vel quia expellendi erant a Iudaea, noverant se et in gentibus dispersuri ecclesiamque congregandam ex rudi populo. Idcirco praedia in Iudea minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fovendos egentes.

2. At vero, cum inter turbines et adversa mundi succresceret ecclesia, adeo usque pervenit, ut non solum gentes, sed etiam Romani principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi et baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus, Constantinus primus, fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per universum orbem suo degentes imperio non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi ecclesias, et praedia tribuenda constituit. Denique idem praefatus princeps donaria immensa et fabricam templi primae sedis beati Petri principis apostolorum instituit, adeo ut sedem imperialem, quam Romani principes praesederant, relinqueret, et beato Petro suisque praesulibus profuturam concederet.

3. Idem vero praesidens in sancta synodo, quae apud Niceam congregata est, cum querelam quorundam conspiceret coram se dilaturam, ait: “*Vos a nemine diiudicari potestis*, quia *Dei solius iudicium reservamini*, *dii etenim* vocati estis. Idcirco non potestis ab *hominibus iudicari*.” Ab illo etenim tempore et deinceps, viri religiosissimi non solum possessiones et praedia, quae possederant, sed etiam semetipsos Domino consecrarunt, aedificantes basilicas in suis fundis in honore sanctorum martyrum per civitates, ac monasteria innumera, in quibus coetus Domino servientium conveniret. Denique reges et praesides ac magistratus non solum hanc licentiam attributi, sed etiam ipsi propria largiti sunt per universa regna terrarum, unde alerentur egentes, qui nihil in mundo possidebant, ecclesiaeque Dei fabricarentur atque restaurarentur Deoque et ecclesiae eius rite famulantium servorumque illius subplementa absque necessitate tribuerentur, ut haec accipientes, secundum monita apostoli, possent *orationes, postulationes, obsecrationes gratiarumque actiones* fieri *pro omnibus hominibus, pro regibus et qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam* habeant. Et *hoc bonum et acceptum esse coram Deo* idem magister gentium protestatur et cui *sollicitudo omnium*

74rb

8 dispersuri] vel dispergendos *added in margin* 17 donaria] donaria et *before correction* 19 praesederant] praesiderant *before correction* beato Petro] beati Petri *before correction* 21–24 Idem ... iudicari] Quod sacerdotes ab hominibus iudicari non possunt, quia dei solius iudicium reservantur *rubric added in margin* 21 in] *added* 31 et] *added* famulantium] vel famulantibus *in margin* 32 servorumque] vel servis *in margin* subplementa] ut *added* necessitate] essent *added* 35 quietam] quietem *before correction*

2–3 in ... ecclesiae: Aachen 836, c. 90? (765:13). Paris 829, 1.15 (622:7) offers a slightly worse parallel. 3–5 *multitudine ... erat*: Act. 4:32, 34–35 7 *Euntes ... evangelium*: Mark 16:15 22–24 *Vos ... iudicari*: *Rel. episc.* 22 (36:2–5) 33–36 *orationes ... Deo*: 1 Tim. 2:1–3 36–37 *sollicitudo ... ecclesiarum*: 2 Cor. 11:28

22–24 *Vos ... iudicari*: BL 1.315 [s? p?]

ecclesiarum incumbit, quique episcopos regere per Spiritum Sanctum constituit ecclesiam Dei, quibus ait: “*Pascite, qui in vobis est, gregem Dei providentes non coacte, sed sponte secundum Deum neque turpis lucri gratia, sed voluntariae,*” cum enim dicat: “*Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus.*” 40

4. Quae enim sint negotia saecularia, sancti canones manifestant et inhihent perspicue, quod quidam, qui in clero videntur electi propter *lucra turpia conductores* alienarum possessionum *fiant*, et *saecularia negotia* sub cura sua suscipiant, Domini quidem ministerium parvipendentes, saecularium vero discurrerentes domos et propter avaritiam patrimoniorum sollicitudinem sumentes. *Decrevit* supra- 45 *dicta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones conducere aut negotiis saecularibus se miscere, praeter pupillorum et orfanorum aut viduarum aut, si forte episcopus civitatis ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere praecipiat*, ubi liquido patet, quia alia sunt negotia saecularia, alia ecclesiastica.

5. Nonne *Moyses* in saeculo erat, cum *crebro tabernaculum intraret et exiret, qui intus contemplatione raptus foris infirmantium negotiis urguebatur, intus Dei archana considerans, foris onera carnalium portabat?* Cuius typum sacerdotes in ecclesia agere debent, ut, dum foras exeunt ad exercenda negotia pro necessitatibus subditorum, intus ad se redeant per contemplationem mandatorum, sicut *Paulus*, qui in caelestibus *secretis inseritur et tamen per condensationis viscera carnalium cubile perscrutatur.* Sic et *Iacob ascendentes et descendentes angelos vidit, quia videlicet rectores ecclesiae non solum deo contemplanda superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt.* Et dum sacerdotes horum facta imitantur et se custodiunt et subditorum onera portant et videntur tales esse, quales idem egregius praecepit praedicator, ut, *qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur, et qui gaudent tamquam non gaudentes, et qui emunt tamquam non possidentes.* 60

41 inhihent] inhihent dum *before correction* 42 perspicue] perspicua *before correction* quod] et quod *before correction* 47 praeter] propter *before correction* 59 custodiunt] custodiant *before correction* 60 praedicator] added 61 mundo] modo *before correction*

38–39 Pascite ... voluntariae: 1 Pet. 5:2 40 Nemo ... saecularibus: 2 Tim. 2:4 40–48 Nemo ... praecipiat: Paris 829, 1.28 (630:25-631:9) 50–52 Moyses ... portabat: Greg. I (33:34-36) 54–56 Paulus ... cubile: Greg. I (33:12-14) 55 per ... viscera: Greg. I (33:9). 56–58 Sic ... descendunt: Greg. I (33:31-34) 60–62 qui ... possidentes: 1 Cor. 7:31, 30